

Domus RAMVS Podolinensis
Stemmatis Gentilitii
REVERENDISSIMI DOMINI. 8.

D·MATTHIAE
DE L E L O C Z
T A R N O C Z I,
EPISCOPI CHANADIENS.

*Treasorii Scepusiens. S. Cæs. Rq. Majestatis
CONSILIARII,*

in sublimem arborem crescens
Quem Hcliconc Musarum decerptum
Eidem tanquam Patrono ac Mecæ-
nati suo benignissimo

In debita observantia ac devotionis animi tessera

M. JOANNES RATVLOWSKI in Diæcesi
STRIGONIENSI Ecclesiæ Fridmanensi
D I R E C T O R.

*in auspicio novi anni M. DC. L.
summissè obtulit.*

LEUTSCHOVIÆ, Typis Breverianis.

M.

T.

D.

L.

E.

C.

P.

S.



Omine felici decurre Lepuscule campos,
Hungara festinâ corripe prata fugâ.
Curre citus, trajectus nec teneare sagittâ:
Ramum fer, frondens ut arbor esse queat.
Tegmine sub cuius recubet Respublica, Tem-
plum,
Relligio, pietas, intemerata fides.

HOLOGRAMMATON.

Quod dñe quos benefici gratos intellexit.
omiter illis affectum esse
bona dexteram suam insidie sufficiens:
omne de humili, ad meliora virtus
ampliaram se praebeat arborum; clivemque suum
ecolat innatum sibi; pectoris
rcem suum gurgantes occuperet Olympi.
matos sibiq; devinctos;
dat nutsum fortuna benignioris (Gordios.
perantes quod onere Iri amoso potis sit facere
cibus dignam amarum, glorio adamantis.
sib; designarunt tutissimum;
sylviu; lrix decorum, virtus virtutis.
sib; immaculata latum hoc liberis codicis;
tibus per arcus, ingemines, astolares.
sib; etiam uisitans portas, Ercleus decor.
sib; quem velut Cynofera acie mentis resigentes
erit clystuli suffragante prestatores manum,
errisoris germinet Scepusianus sua quippe sub
riticu; belparu; bel omnino non cultus ager, (ubra
lupi os, mercedem nomenq;
non, in meliorem mutat speciem.
agni inferendum, magis Toparcha Palatio.
ppendam super virtutam colligitur,
ite, ut frumentum, terris à facta Semente
agno in seruandum, cibis p. 811 utrumque sydium:
in suis gratiis solum tam sit
beres reddat, & fertiles germino
cibus certe coruscum, fons illius,
tibus atrae
Zonaria genere, iuxta atrae
mancipata; gleba culmos
lustram ille uera lustru; adecoris sua
debet etiam nefaria probehatur
oderetur auspicio probatq;
lato Phabu; cultu afferat
utrumq; velut dum
horror procul exulte
lutea gaudia
ful-
cora animosis ful-
transcendent, corra animosis ful-
confiserit necesse nequeam.
ciat.
lura modum, antep; dubitum
ad rem amitorem effe designata,
non elidas rebus,
non
illiter suo pectori lepidissimo.
ma lumen hinc conserat, qd
ter sternat, sua de olenia
in omnes liberas effe destrutas.
Dicitur quod undam affutari,
eiderio, ad avisernae beatitatis metam
ido celebrissimo ardenti
autem de non sanum sibi.
mptoris; velut heroicorum moliminum
mixta experientia.
psumes
contra m. praeferim ad Ecclesia moris.
trearie celle cuique bene:
trearieque Virtutum
mixtorum consistit humiliam decessu:
comis perennes
dilectis pectoris
Geluiq; ad laboras,

Plaudit quæq; suis arbor amæna comis Lactantius.

Hacte parenti umbra quiescere Palladē
Lætare; plusquam opaca si laurus tegat,
Cui bacca prægnans, pendula hæret germine.
Securius nusquam quiescere poteris.
An aceris elegantiam tibi deligis?
Candore præcipuo patentis pampini,
Umbella cuius otium paret, ferat
Dulcem & quietem, postquam es improbissimo
Labore fessa. Balsamum forsan lubet
Arbusculam, bina in cubita succrescere
Suetam, legere, suæ quieti idoneam?
Bedelly folio, putas beatulam
Te lacrymantis fore; dum imaginem prope
Gummi resumit, congelatæ lacrymæ.
Buxus ne multiforatilis quæ tibiæ
Servit, levamen in operum cedet tibi?
Latum petis aum molleq; folium Cedri,
Jucundo odore imperviæ tineis? lucrum
Binam & voluptatem reportatura, Spec
Adducta famæ in Sæculorum nomine
Sero perennaturæ, ut in se fingere
Cedrum queat; facit, ut oleat, expers mori.
Citrusne ramos pandet in tua tegmina?
Plorata num Cupressus excludet suo
Gremio hilarantem hederam, ad usq; remedium
Sudore fracti ac mancipati pectoris
Castissimi? corruptionis inscia est
Arbor cupressi; at odore violenta, adeoq;
Nec gratiosam umbram facere tibi potest.
Age Pallas igitur dic ubi optatam capis
Umbram? ne inane provehas molimina,
Rei periculum te facere multum juvat.
Illuc tuos reflecte conatus; bonam

Quod

Quod tibi reducat Spem, recudat & animos.
Illa illa reparabit, labor quas improbus
Vires profanat, infulam quæ fasciat
Arbor, lepusculoq; sua fert tegmina.
Visendus in certamine asper Martio
Olim, pericli jam capax pectus gerens,
Ictus sagittâ cursitat, spectabilis
Ramo virenti, queritansq; latibulum;
Hæsit Tiaræ velut Asylo Antistitis.
Hic crevit ergo Ramus in tantam arborem; ut
Dare possit ampla domicilia clientibus,
Fæcunda germine, folio, frondeq; ; satis
Superq; non tantum fatigatos tegit,
Cibat; sed etiam ditat, ornat, surculi
Benignitate. egitq; primum prospere
Radicem in ordinem quaternum consitam;
Divæ æquitatis, fortitudinis ratæ,
Prudentiæq; perspicacis, splendidæ &
Moderationis. His itaq; radicibus
Plantatæ, animus est germina metro pandere.
Assurgit igitur æquitatis surculo
Germen, secutum saccharum Cretæ, seu
Fit melle si quid dulcius; serie fere
Multiplici; relligio pura, gratia
Urbana, pietas eximia, rectaq; fides.
His illibatam jungito innocentiam, ac
Humanitatem, conferentem egentibus
Opem salutis atq; vitæ: haud procul
Affectus est, quo bona probantur inferæ
Gentis merita queis possit ut stipendia
Conferre debita, corde pensitat, movet
Omnemq; lapidem, posse commode omnibus
Servire opem suam: haud sciens confingere

Vultus, & hilari fronte tegere pectora
Inimica, magè quòd sèviat reconditum
Ulcus putrenti quàm quod appetet cute.
Unde inter homines & Deos justè decus
Solius immortale permaneat, facis
Instar coruscæ: sæculo nullo opprimi
Lumen potens est, quod refulget strenuâ
Virtute, ab æquo ne quidem ungue, dissipata.
Delectat alterâ sed huc producere
Radice fructus fortitudinis, super
Nectar Deorum pullulantes cordibus,
Quos aure delibare fateor dulciùs,
Quàm faucibus si Hyblæa mella sorbecas
Plenis. in agressu periclorum vibrat
Huic tela fortitudo, haud jam Martio,
Scientiarum sed procellis arduis,
Mente resecandis, usq; Parnassi juga
Et usque scandens, de manu sublimium
Prendat Camænarum coronam, Orbi Sacer.
Non destituit ipsius ausum Spes bona,
Fiducia sincera, constans & comes.
Assumit animos non secus miles rei
Dum dubius, illabitur haud nec tens moram
Medium in cohortem, currit huc illuc, nec i
Jam jamq; proximus, ferit, cuneos fugat,
Reditq; Regi amabilis victoriâ
Hoc chariore, quò magè dubius exitus
Rei volutabatur: haud secus, suum
Dum tollit in virtutis ardua studium,
Sudare multum, algere, & æstuare opus
Fuit: videtur pressus hoc discrimine,
Despondet animum ergo, laborum pondere
Angustiatum? quia magis ruit, velut

Si fra.

Si fractus illabatur orbis obruat
Parare cupidum, hinc gloriae præconia,
Pericla capitis temnit, asper, prodigus
Salutis: anteponit & cælestia
Rebus caducis, quando magnificentia
Rerum arduarum, usq; adeò latè splendicat,
Suis in operibus; ut nihil, magnum nisi
Speætes, profanis nil datum negotiis.
Huc socia celsa properat & magnanimitas,
Præparet ut animum, indifferenti tramite
Subire honorem, os lividum & : tam prospera
Adversa quám: Cui exhibet præsto manum
Se ductitantem, possit ut conamine
Tam pertinaci prævalere incommodis
Noxis, quasi plùs sponte malit perpeti
Quàm fugere. Sanè fit animi celsissimi,
Mens recta; puri pectoris si conscia
Sibi, triumphans invidos exsibilet.
Radice sed qui pullulant de tertia
Fætus videre fas sit; immensos prope
Cernes, in usus tam sibi quám & optimis
Quibusq; & ubiq; profuturos; scilicet
Quod habita semper maximum prudentia
Bonum; celebre quod Menandri prædicat
Dictum: excolat si bene sagax prudentia,
Cui ingenium; ad excelsa pænè culmina,
Felicitatis iter paraturum sibi
Mortalitatis vinculi expers; ardua
Conscendit, execrabilem gnarus fugat
Vexationem, facit & ante opus, ut procul
Excludat adversum. quod est visum arbore hac,
Folio virenti, fronde patulâ, germine
Vernaante. folia sunt honestas: sunt ei

Frondes, voluptas: germen, at fit utile.

Illud beatum quippe detonat Sophus

Bonum; repandit quod & honestum, & saccharum

Spirat voluptatis, tenetq; commodum.

Quod majus est; defendit à periculo

Vitam: facit securitatem optabilem.

Prout salutem sanitas fert corpori,

Morbusq; mortem: sic anima prudentiâ

Sanatur, imprudentiâ verò perit.

Accedit his radice postremâ, Modus;

Qui tribuit operi competentem regulam,

Decernit ad quam si suam quis ducere

Vitam, potest quod est satis qui velle, habet

Quod vult; peritus nave sulcare æquora

Et ambidextrâ, ut experiri fas; probè

Si examinare non recuses Arboris

TARNO & IANÆ temperato frutice

Prodire fætus hinc & inde fertiles

Longâ recensitos serie; oculum ciente

Ad recreandum, cor stuporem: ut hinc modum

Servare discat in suis quisq; actibus

Nec non decorum. Hic surculo pendet suo

Sedata mansuetudo, liberalitas

Decens coruscat, blandaq; gravitas viret.

Hic facilitas morum atq; in omnes obvia

Ostensio suæ voluntatis nitet.

Non hic putatum est esse ad æternam satis

Laudem, superbientem ubi alienus color

Quem frustra avis decoret, ordine stemmatum

Longo recenseantur & picta atria.

Non profuit cuiquam Æaci domum Patris

Fuco tragædiantे ventilare; si

Rude pectus illum ut alterum esse Thersitem

Palam fatetur arguitq;. Nam genus
Offuscat & fædat in honesta ignavia.
At hic labor sublimis & virtus sua
Expromit Auroræ propinqua lumina
Qua propter in Te decus imaginum haud fuit
Tantum efficacis consilii atq; trutinæ
Heròé, ut irretitus olim ludicrâ
Opinione, ex uno Avorum nomine,
Orneris istis, splendicans adoreis.
Sed insolentes indoli, crexit Tuæ,
Famâ triumphos, præcinente, cætera
Commilitonum turba currunt in probra,
Fædâq; mentem inertiam, obliuant suam,
Ac deterunt noxis malis, quod est benè
Natum : Tibi Tuæq; sed menti, insita
Heroa vis ; quæ Te procul, tot criminum
Abduxit à pellacibus monstris, male
Cautæ tot audent, quæ incutere molimina
Ætatis æstro, juxta & oculos ludere
Rerum caducum ab blandiciuti imagine,
Fædisq; sensus, alligare nexibus.
Procul fuisti cautibus, noxis procul
Istis fuisti ; tectus à charybdibus
Lenocinantium voluptatum, statim
Sed Consilii prudentis atq; exquisiti,
Obyce penitus isthoc inexpugnabilis ;
Vallâsti, ut esse appetens recti & tenax.
Virtutis unâ excederes neve orbitâ.
Aurei quid oris gratias hic proloquar ?
Quid eloquii fluenta copiosa, mel
Hyblæ, liquorem fonte stillans & Latii ?
Quid gratias & Charitum ? amæno in peccatore
Cujus, domus Palladia fixa creditur.

Diffusus, aetæ sic juventæ, isthic odor
Jucundus, apprimè locis Pannona quibus.
Viris nitescit litteratis, fertilis
Exulta & ingeniis, coruscaq; studio.
Miratus istas qualitates, insitam &
Illustri ab ortu vim, optimæ menti, gene-
rosam, Supremus Regno in hoc Antistes; ad
Ecclesiæ fastigium faventibus
Promovit astris; & probatum sèpius
Negotiis in arduis, natum velut
Ad regimen, istis, quæis præis feliciter,
Præfecit hîc Ecclesiæs. prosperum
Quod & auspiciatum sit. fave Maxime Deus.
Sed quid ego contendô maris guttas, seu
Incomprehensas circum arenas prêndere
Non est tuum Camæna; cessa ludere,
Teneræq; salici appende garrulam Lyram.
TARNOCIANA æncomia & laudes fide
Occinere desine: tenuareq; rudibus
Augusta virtutum modis fastigia
Concede munus Pierio interim suum
Vati, Quirini more qui pangat, propè
Æterna sæcula, titulosq; & nomina
Victura, tanti tamq; laudati Viri.
Nil restat aliud, quam sub umbram te roges
Recipi, quietem ut hinc reficientem queas
Lucratier. steriles licet vulgo ferant
Cunctanter ad campos juga juvenci, tibi
Camæna sufficiet Patroni gratia.



D. O. M.

Magnæ DEI Matri Sponsæ Virgini Mariæ, Abysso
gratiarum Ideæ omnis perfectionis prodigiorum com-
pendio, Domine Patronæ, optimæ, Maximæ
Universæq; cœli Curiæ, laus honor
gloria.



M O D

Glory be to God almighty, and to our Lord Jesus Christ,
and to the Holy Ghost; as it was in the beginning, is now,
and ever shall be, world without end. Amen.

